

Georg Friedrich Laurentius


Georgii-Friderici Laurentii Defensio Venaesectionis : qua demonstratur in febre acuta, continua & maligna, (cui tertio die morbi in crure dextro erysipelas & tuberculum cum rubore supra genu supervenerant,) venaesectionem prope pedis dextri pollicem ...

Hamburgi: Rebenlinus, 1647

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn767764765>


Druck Freier  Zugang





Ma-1044^{1.2.}





D. O. M. A.

GEORGII-FRIDERICI LAURENTII

DEFENSIO VENÆSECTIONIS;

quâ demonstratur in febre acutâ, continuâ & malignâ, (cui tertio die morbi in crure dextro erysipelas & tuberculum cum rubore supra genu supervenerant,) venæsectionem propè pedis dextrî pollicem, longequè sub inflammationis loco, quinto die, ac in progressu morbi, cessante fluxione, in casu viri supra quinquagenarij institutam: fuisse regularem, exemplarem, canonicam & methodicam.

Spirat odorem trita.



HAMBURGI,
Typis JACOBI REBENLINI,
Anno M. DC. XLVII.



F. Fidel. in præf. de rel. med.

Eos, si qui sunt, quos aut invidia,
aut odium, aut alia quæpiam men-
tis ægritudo in alienæ laudis detra-
ctionem acriter impulerit, nihil cu-
ro: contemnenda enim maledicen-
tia est, quæ non à iudicio: sed ab ani-
mi vitio proficiscitur.

V I R O

Nobili, Celeberrimo, Excellentissimo,

DOMINO

JACOBO JANO,

Philosophiæ & Medicinæ Doctori

consummatissimo;

Serenissimi ac Potentissimi

REGIS DANIÆ

& aliorum

PRINCIPUM

ARCHIATRO PRIMARIO:

Domino Concivi ac Amico intimo

Georgius-Fridericus Laurentius

S. P. D.

Sicut litigantes sensatum & æquum judicem quærunt, ut ex benè cognitis, actis & probatis justam sententiam formare ac pronunciare possit: Sic ad TE, Vir eminentissime, meritò ego confugio.

Sensatus es; quia rem & veritatem ex ratione atque experientia metiris: Ideò Serenissi-

A 2

mus

mus ac Potentissimus REX, atquè PRINCIPES
suis valetudinibus TE præfecerunt, atque Tuæ
peritæ prudentiæ, & prudenti peritiæ eas ipsas
commendarunt.

Æquus es; Siquidem æquitas Tua omnibus
nota, nec suspensa hedera, nec verborum ceru-
fa indiget.

Profecto JANUS es, & bifrons. Facie enim
anticâ recentiorum, posticâ veterum observata
vides. Ingenium nobile, sublime judicium, inge-
nuamque mentem habes. Curarum ac contro-
versiarum medicarum summam tenes. Diffici-
lia ut pulchra inquiris, facilia velut vulgaria ne-
gligis. Loquuntur virtutis Tuæ, per totius Eu-
ropæ tractus sparsa, supra fidem humanam, ultra-
que ætatis Tuæ sphæram evecta, in excelso sita
præclara elogia. Quis igitur JANUM falli cre-
dat? Quis insuper JANO non credat? Fidem
ex cognomine non sine numine imposito; peri-
tiam ex Magnatum curis; doctrinam ex literis
ad me perscriptis: quæ instar multorum sunt ope-
rum, tanquam ex ungue leonem, ac è vestigio im-
presso cervum jam diu cognovi. Ex literis dico,
doctrina recondita plenissimis, quæ me ad litera-
riam exercitationem provocant & animant; quæ
sunt mea tabula lusoria: neque enim ab ineunte
ætate aliis delector ludis. Plura non addo, ne
aut

aut honori Tuo radianti offundam nebulam, aut
nomini nubeculam & maculam.

In hac itaque cura ac causa medica TE emi-
nentissime JANE eligo, dignum TE quæro æsti-
matorem, TE constituo aptum judicem. Histo-
riam examina, pondera; judica an venæsectio à
Domino meo Collega, atque me rectè fuerit in-
stituta?

Eloquere: ingeniis in via nulla via est.

Veritatem apertissimè demonstra, sapienter
pronuncia; ut intelligere possim: utrum nostro,
sive rectè factò laus exigua, sive errato nulla ve-
nia tribuenda sit?

Interea sub gratia & umbra alarum DEI recu-
bans, postque opellam Apellis more latitans au-
res arrigo, & è prætorìa Tua sede sententiam de-
finitivam expecto. Veritati patrocinium, meis
optimè institutis pessimè traductis lumen præ-
sta; immortalibus scriptis rem medicam illustra,
atque, qui Serenissimi ac Potentissimi REGIS &
PRINCIPUM sanitati summo cum honore à
multis annis incumbis, in multos annos incumbe
pari spe, pari fide, sine: Et vive medicæ Artis no-
stro hoc seculo, imò in plura secula decus & orna-
mentum. Hamburgi, Dominica Quasimodo-
geniti, Anno 1647.

Historia morbi.

Mercator habitu carnosus, facie rubicundus, constitutione plethoricâ, epatis, renumquæ calidiore intemperie, atquæ venis à primâ conformatione exilibus præditus, temperamento sanguineo-pblegmaticus, cum quadam bilis miscellâ, ætate supraquingagenarius, (compleverat annum quinquagesimum sextum,) superioribus temporibus per intervalla catarrhis ad pectus & oculos laborans, scorbuticus: vitus rationem non observans, in vini potu & cæteris sex rebus nonnaturalibus, sicut & mæroribus tacitis quandoquæ delinquens, fonticulum in dextro crure fluentem habens, habensquæ familiares hæmorrhoides, in assumendis medicinis difficilis:

25. Januarij, Anni 1644. agrotare incepit in Regione & Climate frigidiore ac Septentrionali, atquæ hyeme tunc existente horridâ. Erat lecto affixus, ex spontaneâ lassitudine languens. Aderant subita virium sine manifestâ causâ prostratio, inquietudo, somnolentia, tussicula, horripilationes per vices, quas comitabantur pblogoses. Concurrerant oris siccitas, sitis mediocris, calor mitis. Pulsus frequentes & magni, urina biliosa, turbida, spumosa.

26. Januarij nox præcedens inquieta. Recurrebant horripilationes, pblogoses, tusses, leves sopores, capitis, dorsiquæ dolores, vertigines, inquietudines. Extra lectum in brevi morâ temulentia quadam, & nonnihil celerior respiratio.

Historia morbi.

spiratio, majorque virium lapsus. Urina rubicunda, tenuis, limpida, spumosa, pulsus besternis similes, postea variabiles, ager simulabat virium robur.

27. Januarij nox antecedens quietior nonnihil, symptomata modò remittebant, modò recurrebant. Circa quartam & quintam pomeridianam erysipelatis in crure dextrorundimenta conspicua, pulsus moderatus in magnitudine, & nonnihil debilis.

28. Januarij omnia modò remissiora, modò intensiora.

29. Januarij symptomata antiquum obtinebant. Erysipelatis efflorescentia ac circumferentia sensim augebatur supra genu ejusdem cruris, visui & contactui obvium erat durum & dolens tuberculum cum rubore vicino exiguo.

30. Januarij symptomata priora, præter rationem instabilia. Calor febrilis intendebatur, nares & hamorrhoides stillabant, facies rubicundior, delirium per intervalla, sopores accrescentes, urina sanorum similes, erysipelatis adhuc major circumferentia, pulsus parvi, debiles.

31. Januarij nox præcedens inquieta, urina sanorum similes, temulentia, sopores, delirium, oris siccitas, faucium æstus, deglutiendi difficultas, & inter deglutendum dolor, pulsus celeres, debiles.

1. Februarij omnia in pejus. Sopores, manuum tremores, pulsus debiliores & languidiores, mutata facies, urina sanorum similes. Horâ tertiâ pomeridianâ symptomatum accretio, somnus ore aperto, & simul laborem ac
terro-

Historiæ morbi appendix.

terrorem faciens, tremores & convulsiones leues manuum, facies magis adhuc mutata, collapsa, intuitus torvus, vagans, oculi magni, vox rauca, tremula, faucium dolor, deglutiendi difficultas major, delirium accrescens, sopores interrupti. Clysteres injectos retinere ager non poterat, nil operabantur, pulsus inæquales. Horâ decimâ vespertinâ ager exspiravit, cujus anima sit propitijs totius Mundi Redemptor JESUS CHRISTUS.

Historiæ morbi appendix.

Notandum circa venesectionis punctum; venesectionem quidem moderatam, sed non largam in brachio dextro 26. & 27. Januarij, ante eruptionem erysipelatis & tuberculi, fuisse quidem aliquoties & iteratis vicibus (Deum testor) à me seriò propositam, sed postpositam à patiente, qui strenuè venesectionem recusabat; eò, quòd venesectione nunquam usus fuisset, & quidem toto vita tempore. Dicebat enim ager: Ich kenne meine Natur am besten / es wird wol besser werden / ich wil es mit der Aderlaß noch ansehen / ich bin wolehe so krank gewesen / vnd habe keine Ader gelassen.

27. Januarij, & tertio morbi die, presente Erysipelate in crure dextro, suasi (ob morbum primarium, puta febrem malignam,) venesectionem in dextro pede juxta pollicem, sicquè longè sub loco inflammato, sed iterum renuit patiens, clam admonitus & perterritus à quodam Aulico (ut mihi ipse ager retulit) ne venesectionem admitteret,

con-

Historiæ morbi appendix.

conjunctam cum vita periculo. Hinc æger dubius redditus fluctuabat, immisso in aquam tepidam pede reddebatur timidior, superveniebant animi consternatio, anxietas, manuum tremores, faciei mutabatur color, apparebat anxius sudor, pulsus deprehendi mutatum ac debiliorem, æger ob anxietatem poscebat matulam, reddebat sanorum similem urinam (quæ talis per reliquum morbi tempus permansit,) coactus fuit intermittere & postponere venæsectionem, quia metuebam syncopen superventuram, aut convulsionem epilepticam ob animi consternationem.

28. Januarij patiens dicebat: Ich wolte nicht umb zwangkig Thaler missen / daß ich das Aderlassen nicht eingestellet hette.

29. Januarij circa vesperam vena fuit secta in pede Erysipelate affecto, sed longè sub loco inflammato, atquè circa pollicem, consentiente ac intento digito venam monstrante Domino Collegâ Medico, sicquè vena secta fuit, & cura continuata communi consilio.

Sanguis emissus & cocleare exceptus, postea infrigidatus & congelatus ad conspectum apparuit cute cineritiâ obductus, maculis versicoloribus notatus, adustus in imâ parte, ad baculi contactum ilicò disiliens, & male olens.

Hæc venæsectio quasi erronea improbata & suggillata fuit.



DEFENSIO VENÆSECTIONIS IN PEDE.

IN febre continuâ, malignâ, cui superve-
niebant tertio febris die in crure dextro
Erysipelas, & tuberculum cum rubore
exiguo supra genu, sectio venæ propè
pollicem, longèquè sub inflammationis loco,
quinto die & in progressu morbi, cessantequè flu-
xione conveniebat.

Conveniebat hæc Venæsectio

I.

ratione Naturæ, quam in opere expulsivo adju-
vabat.

I. **R**evellendo (tùm ob venæ longinquiorem à capi-
te & corde locum, tum ob adhibitum pediluvium)
& minuendo magis influxos humores malignos ac tur-
gentes à centro ad circumferentiam, à partibus nobili-
bus ad ignobiles, ab interioribus ad exteriora; per locū
& ad locū respectivè conferentem: ne scilicet ob 1. co-
piam, 2. tenuitatē, 3. turgentiam & urgentiam, vel 1. ad
centrum & cor remeare iterum, & partem aliquam no-
bilē ac principem occupare, vel 2. ob moram crus exul-
cerare possent, juxta canones, rationes & observatio-
nes Hippocratis. Erysipelas ab interioribus ad exte-
riora

VENÆSECTIONIS.

3.

riora bonum. (a) Erysipelas foras verti utile. (b) Securi-
 us est tumorem atque ruborem quam maximè foràs
 verti. (c) Contra Erysipelas ab exterioribus verti ad in-
 teriora malum. (d) Erysipelas intus recurrere lethale.
 (e) Quibus Erysipelas evanuit, mortui. (f) Quæcunque
 tubercula aut pustulæ ex imo ad cutimenata recurre-
 runt, gravissima omninò sunt. (g) Præterea, eò ducere
 oportet, quò maximè natura vergit, per loca conferen-
 tia. (h) Insuper concocta medicari oportet, non cruda
 in principiis, modò non turgeant. (i) Sed in præsentem
 casu natura vergebat ad corporis ignobiliora, ut loca
 conferentia, cruda turgebant.

(a) 6. aphor. 25.
 (b) in Coac. (c) 3. prognost. 20.
 (d) 6. aphor. 25.
 (e) in Coac. de angina loquens.
 (f) 1. 3. Epid. 3.
 (g) Galen. 1. 2. prorrh. f. 1. com.

2 Promovendo humorum motum symptomati
 cum imperfectum & deficientem, atque defectum sup-
 plendo venæsectione, juxta claram & expressam men-
 tem, tam Hippocratis quam Prevotij.

(h) 1. aphor. 21.
 (i) 1. aphor. 22.

Hippocratis verba sunt: (k) Quæ judicantur & judi-
 cata sunt integrè, nequè movere, nequè novare ali-
 quid, sive medicamentis, sive aliter irritando, sed finire.

(k) 1. aphor. 20.

Prevotij verba sunt: (l) Si exanthemata sint pure
 symptomata, & adsit plenitudo corporis cum viri-
 tum tolerantia, mittendus est sanguis per venam se-
 ctam, ut citò exoneretur materia, & eventiletur cor-
 pus; sed mittendus in minore quantitate quam postu-
 lat plenitudo, quia in illis casibus expectatur paulò post
 virium casus ex morbi malignitate: ideò præstat seca-
 re venas minores, & pedum.

(l) libro de casib. complicat.

3. Attrahendo & fixius reddendo tuberculum,
 ut eò facilius ac felicius erumperet, atque adolesceret
 unà cum suâ proximâ efflorescentiâ; non evanesceret
 & retrocederet ob causam superventuram evidentem
 & externam aliquam. Atq; ut pari modo instituerem

(m) lib. 1.
Hiflor. ob-
serv. 29. p.
251.

venæsectionem in pede, (siquidem parius, similiaque; eadem ratio, curatio & intentio est,) prout Zacutus (m), qui in gravida in inguine bubonem habente, venæsectionem in talo tutò citra attractionem humorum, citra abortum, citraquè damnum instituit.

4. Admonendo Naturam, ut venæsectione aliquantis per levatâ, eò magis insurgeret in humorum & tuberculi farcinam, hancquè; ad exteriora pedis & inferiora corporis deponeret. Quod si natura 1. per hæmorrhagiam narium solvere poterit articulorum abscessus; (n) Si natura 2. in casu vetulæ mulieris arthriticæ, febre fynochâ cum Erysipelate cruris œdematosi laborantis, venâ in imo cruris quarto die spontè aperta morbum solverit: (o) Cur non Medicus Naturæ benè agentis minister, & naturæ imitator (p), in loco conferrante, in què loco à naturâ ipsâ, & magno Hippocrate (q) indigitato, institutâ venæsectione in pede allevare saltem, nisi penitus atquè penitus tollere poterit pedis erysipelas.

(n) 4. Aphor.
74.

(o) Plater. l.
2. obs. p. 323.

(p) Gal. l. 4.
m. m. c. 6.

(q) vid. loca
supra alleg.

Conveniebat hæc Venæsectio

II.

ratione conservandarum tam præsentium, quàm futurarum virium.

I. **I**n pedum venis, velut minoribus, & à fonte caloris, cordequè remotioribus, pauciores spiritus vitales continentur; Unde factis venis his minoribus, minor fit spirituum dissolutio & dissipatio, unde videmus factis hisce venis rarissimè ægros animo linqui. Hoc videns Galenus, ideò in sectione minorum venarum virium præsentium & futurarum rationem haberi posse do-

docuit. (r) Ideò neglectâ venæsectione in brachio Gale- (r) l. de ve-
 nus scarificavit crura in febre pestilente, exigente ple- nas. c. 23. &
 nitudine secundo morbi die, & cum maximo juvamen- l. i. de hum.
 to. (s) Idem fecit Prosper Alpinus, propterea inquit: (t) aliment. c. 12
 Nos sæpissimè vidimus in multis, qui febre acutâ, mali- (s) l. de præ-
 gnâ & pestilenti conflictabâtur, oborto delirio, vel sur- sag. & l. i. de
 ditate, vel vigilibus redditis ægrotis, vel insigniter ca- cucurb. &
 pite dolentibus, statim ex malleolorum scarificatione scarif. c. 20.
 sanguine multo evacuato, omnia hæc symptomata fu- (t) in Me-
 isse sedata. thodicâ Me-
 dicin. p. 87.

II. In febribus malignis vires in principio statim sunt debiles, (propterea ægri lecto affiguntur; velut noster Patiens,) ob resolutionem & denegatam nutritionem, quia spiritus resoluti tam citò reparari nequeant, quia ex pravis succis membra probè ali non possunt; Illud sensu patet, hoc nos docuit Hippocrates: Impura cor- (u) 2. aphor.
 pora quantò plus nutries, tantò magis lædes (u). Cum 10.
 autem vires consistant in sanguine & spiritibus, de se-
 ctione venarum in pedibus omninò erit cogitandum, utpotè per quas spiritus vitales minus exhauriuntur.

Vires minus exhauriri à venis pedum sectis (excessi-
 vam quantitatem hîc excipio, si enim ad libras sanguis
 exhauriretur, vires exhauriri sic possent,) docuit Avi- (x) quarta
 cenna (x) dicens: Et scias quod sectio tali minus debili- primi c. 20.
 tat quam basilicæ. Hinc Galenus (y) in robustis secat (y) l. de renâ
 venam brachij, in debilibus venam pedis. dign. & cur.
 6.4.

III. Ob malignitatem humorum vires apprimè pro-
 sternuntur & concidunt, ita ut qui heri pulsum satis va-
 lidum præ se ferebat, hodiè imbecillum & languidum
 prorsus ostendat. Quinimò febris maligna sæpè ægros
 cum pulsu & urinâ sanorum simili, opinione citiùs in-
 terficat, Medicos sic quoquè fallit incautos, eludit ac

decipit, quemadmodum ex observationibus constat. Igitur & ratione malignitatis tutior fuit venæ pedis sectio.

IV. Si quoque venæsectio in morbis malignis ex mente Autorum, parca esse debet, propter spirituum & virium conservationem: annon venæsectio in pede spiritus & vires minus dissipans & exhauriens magis conducet?

V. Vena igitur in brachio audacter & non nihil largè secta (propter cordis viciniam) non solum bonum & malum sanguinem promiscuè evacuat, attestante Galeno (z), (qui per venæsectionem æqualiter omnes qui in venis sunt, humores evacuari scripsit) sed etiam vitales illos spiritus, (quibus natus ille & divinus noster calor sustentatur) qui non possunt cohiberi, cum simul cum ipso sanguine elabantur.

Conveniebat hæc venæsectio

III.

ratione ægri habitus carnosissimi.

(a) Hipp. 2. aphor. 44. & in Comm. Butin. (b) Hipp. 2. aphor. 34. (c) Gal. l. 1. ad Glaucon. c. 14. citante Zacuto l. 1. hist. med. princ. p. 605. (d) Cent. 6. obser. 10.

Cum enim crassi & pingues brevioris vitæ sint (a), ob spirituum & sanguinis paucitatem, (siquidem dum sanguis carni accrescit, omninò fit, ut ob sanguinis paucitatem citò ipsis parvam ob causam calor natus extinguitur) nonnè conducibilior erit in hisce venæ pedis sectio? in primis verò, cum in præsentè casu morbus non responderet ægri habitui. (b) Quod si Galenus in valdè crassis parçè sanguinem esse mittendum monuit (c); Si obæsis in ardentibus febribus parçè sanguinem esse mittendum Gabelcoverus suasit (d), ne in vitæ discrimen conjiciantur, quod aliàs à largiore sanguinis missio.

missione & spirituum dissipatione fieri solet: Cur non in febre maligna parcius sanguinis missio, minorque spirituum emissio, & ideò sectio venæ in pede conveniet?

Conveniebat hæc venæsectio

IV.

ratione plethoræ cacochemicæ.

IE Nim erat patiens sanguineo-phlegmaticus, & catarrhosus ac scorbuticus.

II. Dato etiam, sed non concessio, plethoram quoad vasa, & quoad vires adfuisse: Nonnè i. plenitudinis affectus æquè facillè ex infernis quàm supernis partibus exhauriri possunt? (e) Nam quemadmodum vena cava suos emittit ramos ad cubitum: Ita in duas præcipuas maximasq; partes deducta ad crus utrumque pervenit. Quinimò 2. plethoram feliciter faciliusquè minuit sectio venarum dextri pedis, cum ab epate nimirum promptius trahat, & rectâ viâ; in brachio autem facta largius trahere & movere debeat sanguinem ex epate in ac per cordis ventriculum dextrum, cum truncus venæ cavæ ascendens pericardium perforando dextri cordis ventriculo validissimè inferatur. 3. Verisimum quoquè sit ex Harvei opinione de circulatione sanguinis (f), venæsectionem in pede institutam, tam febri quàm erysipelatis & tuberculi causâ stabiliri. 4. Galenus neglectâ venæsectione in brachio scarificavit crura in febre pestilente, existente plethorâ (g). 5. In sanguinis evacuationibus non solum, quid abundantia requirat, attendendum est, sed etiam quantum vires ferre possint ægri, cui vena est secanda. 6. Si ea vacua-

tio

(e) Horatio
Augenio te-
ste.

(f) vid. Au-
torem.

(g) l. de præ-
sag. & l. de
cucurbit. &
scarif. c. 20.

(b) Gal. 2. aphor. 17. tio, quæ fit per scarificationem, proxima est venæsectioni in brachio (b): Ergò venæsectio in pede instituta magis proxima erit venæsectioni instituendæ in brachio, quam crurum scarificatio.

Conveniebat hæc venæsectio

V.

ratione declinantis ætatis, temperamentis, calorisquè nativi.

(i) Aristot. 2. de part. animal. c. 5. I. **N**Am cum animalia quæ pinguescunt, citius senescant, (i) & subindè senibus parum calidi innati inesse Hippocrates (k) dixerit; atq; patiens quinquagesimum sextum ætatis annum complevisset: Omnino tam ob ætatis, quàm caloris tum nativi, tum influentis declivitatem, ad conservandum (in morbis aut prosis,

(l) Hipp. 1. E. aut saltem non noceas (l)) utrumque, & insitum & insipid. s. 2. t. 14. fluens calidum, conveniebat venæ pedis sectio: quoni-

(m) Hipp. 2. aphor. 34. am dandum aliquid ætati (m), maximè verò tunc, quando morbus non est ætati cognatus (n). Accedunt clara verba Galeni: Hos ergò senes quinquagenarios, medios inter subsistentes & decrepitos, summa

(o) Gal. 3. aphor. 20. & 1. cū præmeditatione phlebotomare debebis. (o) Quod si Galeni seculo cum summâ præmeditatione: Ergò

(p) Sennert. in insit. l. 1. c. 4. p. 30. Col. 1. & Autores magis nostro seculo cum summâ præmeditatione: Ergò magis in febribus malignis cum summâ præmeditatione: Ergò magis in febribus malignis cum erysipellate conjunctis cum summâ præmeditatione phlebotomandi sunt.

II. Cum ætates non tam annorum numero, quàm calidi & humidi, etiam temperamentis mutationibus definiantur (p); Et in præsentem casu non solum numero

alij.

rus

VENÆSECTIONIS.

9

rus annorum, sed & temperamentum mutatum ad defect, quæ virium robur non ita firmum esse innuebant: satis omninò tuta erat venæ pedis sectio.

III. Cæterum, cum nostrum & nostrorum hominum senium 1. non excurrat, nec perveniat usquè ad senium nostrorum Patrum, 2. multi & plerique neutri, atquè 3. juvenes nonnulli viri, ratione fractarum virium senes sint: Omninò senij terminus contrahendus, nec tam longè & latè extendendus, nec annis Patrum coequandus est. Quo contracto, contrahetur simul venæsectionis in brachio licentiosus usus, & abusus.

IV. Si quoquè venæsectio in pede, venæsectione in brachio tutior (q) & fructuosior est in malignis febribus (q) vid. infra (r); Omninò & in senè ea tutior erit: Nam quod in genere tutum est, illud etiam in specie tutum erit. (r) vid. 29. arg. (r) vid. 13. argum. infra.

V. Si etiam in defectu quàm excessu peccare tutius est: annon magis conveniet in senibus 1. venæ pedis sectio? 2. Venæsectionis potius defectus quàm excessus?

VI. Adde, quod auxilia debeant æqualia esse, & proportionata tam morbo, quàm senio.

VII. Præterea cum calidum innatum potius corrumpatur in malignis febribus (s); Etiam calidum innatum aliàs depauperatum sit in senibus, paucumquè (t): Annon tutior erit venæ pedis sectio, quæ calidum innatum minus depauperat ac venæ brachij sectio? (s) Riolan. junior in An-tropograph. l. 1. p. 83. (t) Hipp. 1. aphor. 14.

VIII. Cacochymia quoquè præsens monstrabat calorem innatum viscerum debilem; Ergò in cacochymia venam audacter secare in brachio, est magis debilitare viscerum calorem tam insitum, quàm influentem, atquè magis infrigidare, stupidum ac torpidum reddere senilis corporis habitum, & vitiare concoctiones.

C

IX.

IX. Imò in senibus plerisque ob concoctionum vitium sanguis vitiosus generatur, qui licet vitiosus sit, tamen alendo corpori inservit, atque subit boni sanguinis vices. Ergò nec hæc ratione facile in senibus in brachio vena secanda erit.

Conveniebat hæc venæsectio

VI.

ratione mœrorum prægressorum.

NAM cum hi ante morbum fati ad centrum atque ad interiora pepulissent & revocassent calorem & spiritus, hosque dissipassent ac concentrassent; An non longè tutior fuit venæpedis sectio? Siquidem nullus affectus animi majora damna infert corpori quam mœror & tristitia. Ut enim blattæ vestes, teredines lignum, ferrugo ferrum sensim peredunt: Sic exedit, rodit ac consumit cor hominis mœror & tristitia (u). Remita sese habere Salomonis Alberti observatio confirmat, dum refert, aliquos ob mœrores & luctum dissimulatum in febres perniciosas incidisse, & præcipitatos fuisse (x). Quod frigitur mœrores possunt febres perniciosas inducere; Ergò multo magis poterunt febres perniciosas adaugere. Et cum ex duobus quoque malis minus sit eligendum: Ideò minus mala fuit in pede instituta venæsectio.

(u) Syrac. 30.
v. 24. 25.
6. 38. v. 18.

(x) vide 4.
Orationes o-
lim v. vitreb.
habitas 1595
in questione:
Cur pueris
non sit inter-
dicendum
lachrymis?

Conveniebat hæc venæsectio.

VII.

ratione Regionis & climatis frigidioris.

I. Venæ pedum sectæ nimium & plus justo non infrigidant (velut venæ sectæ in brachijs,) corpora hominum Septentrionem inhabitantium, & habentium ut plurimum corpora neutra, atquæ infarcta succis crassis, frigidis & tartareis; habentium sanguinem cumulatam, sed minus excessivè calidum & sulphureum, sed potius feculentum, crassum ac pituitosum: ob 1. frigidioris aeris corpus ambientis, & venosum genus non parum alterantis impetum; 2. aeris frigidioris & humidioris inspiratum; 3. maximæ partis sanguinis in carnes transitum: quâ ratione robustissimi etiam sanguine paulò copiosiore detractò, animo quandoq; linguuntur, aut alium in morbum incidunt, prout Senner-tus optimè monuit in exemplo studiosi pleuritici, qui ex largâ venæsectione brachij incidebat in hydropem lethalem (y). Proinde ex decreto Hippocratis condonandum aliquid regioni (z). Differunt enim pro naturâ locorû Medicinæ, & aliud opus est Romæ, aliud in Egypto, aliud in Galliâ, &c. ut ex Celso Zacut^o loquitur (a). (y) in Parâlip. p. 88. 89. (z) 1. aphor. 17. (a) 1. 10 in

II. Si quoquæ à victu Italorum & Hispanorum Septentrionales facile offendi possunt; cur non à venæsectione largâ Italicâ & Hispanicâ? nequæ canones antiquorum victum præscribentes nostro ævo observantur: Ergò nec adeò exactè observandi sunt canones præscribentes quantitatem missionis sanguinis antiquorum. Nequæ etiam ad amussim observantur canones & doses purgantium antiquorum, imò nec balnea adhibendi modus.

Ex quibus patet, quòd venas Septentrionalium in brachijs audacter secare, sit calorem magis magisq; depauperare, concoctiones vitare, & augere cruditates, atquæ morbosum apparatus. Proinde cautè vena

(b) Nicol. secunda in terris frigidioribus, & in quibus sanguis non
Fontanus in ita abundat ob cæli inclementiam (b).

Florileg.

Med. p. 75.

Conveniebat hæc venæsectio

VIII.

ratione seculi, quod attendendum.

I. Galenus & cæteri Principes Medici non solum ad suum clima sese accommodarunt, sed & seculum, in quibus majore audaciâ ac licentiâ venas exhaurire, venæsectionesquè reperere licebat, quo seculo, in respectu nostri, in majore vigore & robore erant homines, erantquè longævi; à quorum vigore & innato calido nostra corpora longè defecerunt, immò quàm longissimè: Etiam tunc consueti erant perferre venæsectiones repetitas largissimas, prout Galenus de se fatetur, qui scarificavit crura, & extraxit sanguinis libras duas, cum maximo juvamento (c). Defecerunt secula, declinant tempora, stupefcit, nutat collapsura natura, ingemiscit omnis creatura (d), in hoc tabernaculo gravata (e), adaucta tot calamitaribus.

(c) l. de præ-
sag. & l. i. de
cucurb. &
scarif. c. 20.

(d) Rom. 8.
v. 22.

(e) 2. Cor. 5.
v. 4.

II. Præter necessitatem non multiplicanda sunt eva-
cuationia.

III. Quid opus est duplici sectione, si una eademquè larga potest sufficere in pede? & supplere vicem venæsectionis minus tutæ (ob virium habendarum, & sanguinis seculentioris minuendi rationem) in brachio? & supplere vicem majore fœnore & commodo?

Tàm firma hæc sunt, ut in dubium vocari nullo modo possint. Solus dubitans imitetur Galenum, sibiq; jubeat scarificari crura, duasquè libras sanguinis extrahi; aut imitetur Antiquos, & secta brachij venâ sangui-

guinem ad libras tres, imò ad animi deliquium usquè extrahat (f), atquè saltem exoptet, non speret, non expectet Galeni & Antiquorum eventum, & scarificationis iuramentum.

Avenzoar filio suo Trimò utiliter se venam incidisse scribit (g). Periclitetur aliquis idem, & expectet eventum, quem sæpè malum infecutum fuisse Venetiis annotavit Trincavellius (h). Duo cum faciunt idem, non est idem, præsertim in diversis seculis, Regionibus & climatibus. Omninò vitæ terminus non ita longus nunc est, ut illo tempore erat, decurtantur dies (i) universaliter & individualiter (k). Calor nativus non ita vegetus, firmus & robustus est nostrorum ut antiquorum. Debilior hodie humana natura est, quam fuit antiquitus, quod probat Conciliator (l) rationibus astronomicis duplicibus, & rationibus philosophicis triplicibus, quæ jam sequuntur.

Quoad Astronomiam probatur, nostro tempore naturam debiliorem esse, 1. quoad stellas fixas, propter præcessionem æquinoctiorum, 2. quoad stellas erraticas propter conjunctionem Saturni & Jovis, ut & solares atquè lunares Eclipses.

Quoad Philosophiam idem confirmatur 1. à corruptione elementorum & principiorum propter diluvium, aliasq; nocivas ac pestiferas transmutationes; 2. item ab abusu sex rerum non naturalium, quia homines nostri temporis avaritia, gula, & luxurie debitum sanitatis regimen pervertunt: 3. ac tandem propter modum generationis observatum antiquo & nostro tempore: non enim olim generationi prolis quilibet cujusvis ætatis operam dabat, sed robustiores tantum, ad ultioresquè,

(m) *Citante* Mercurialis (m) dicit: Quia antiqui magis corpora
Epiphanio exercebant, & in ratione victus non adeò errabant, nec
Ferdinando adeo venere utebantur, ob id igitur antiquorum cor-
in hist. med. pora erant magis vegeta, robusta & sana, & ferè gigan-
p. 235. tea: non habebant adeo pravam qualitatem, quantam
 nunc habent fœminæ in sanguine menstruo. Nunc na-
 turæ sunt magis debilitatæ.

Igitur distingue secula & tempora, sic conciliabis scri-
 pturas venæsectionis. Loquatur venæsectionis mode-
 sta prudentia, & prudens modestia. Cum decrescente
 seculo decrevit licentiosa venæsectio.

(n) l. de na-
 tura homin.

(o) Hipp. 1. a-
 phor. 17.

(p) 2. apher.
 34.

(q) Ex una-
 nimi consen-
 su Medicorū.

(r) Hipp. 4.
 apher. 21.

(s) Hipp. de
 sacro morbo.

(t) Averroes
 l. 7. coll. c. 3.

Fuchsig inst.
 l. 2. s. 5. c. 4.

(u) l. de sect.
 ad eos qui

introducun-
 tur c. 3. vide

Zacut. l. 1.
 hist. med.

princ. p. 605.

Conveniebat hæc Venæsectio

IX.

ratione temporis anni, nempe præsentis hyemis,
 quam $\phi\lambda\epsilon\gamma\mu\alpha\lambda\omicron\pi\omicron\iota\omicron\nu$ Hippocrates dixit (n).

I. **N**Am si dandum est aliquid tempori (o), tunc maxi-
 mè dandum est, quando morbus non cognatus
 est tempori, quia tunc æger magis periclitatur (p), ut in
 præsentem casu.

II. Si hyeme difficiles sunt medicationes (q); Ergò
 etiam difficilis erit venæsectio in hyeme (maximè verò
 in brachio) instituta: & præsertim hyeme tunc præsen-
 te horridâ, & præsentem frigore intensissimo, quale erat
 mense Januario, quo tempore æger decumbebat.

III. Cum hyeme per inferiora purgare conveniat (r);
 atquè hyems per se senibus iufesta sit (s): An non etiam
 hyeme tutior erit venæsectio in pede instituta?

IV. Hyems prohibet venæsectionem in brachiò (t).
 Neq; etiam frustra Galenus improbavit venæsectionem
 in hyeme, & in frigidâ Regione, ut in Scythia (u).

Con-

Conveniebat hæc venæsectio

X.

ratione infuetudinis ægri.

I. **E**tenim quia æger nunquam usus fuerat venæsectione in brachio, dandum erat aliquid consuetudini (x), imprimis cum insueta deteriora sint assuetis (y); omninò consultum erat venam pedis aperire, quæ sectio magis commoda erat. (x) 1. aphor. 17. (y) 2. aphor. 50.

II. Maximè, cum æger averfaretur tantoperè venæsectionem in brachio, adeò ut etiam atq; etiam admonitus ante erysipelatis eruptionem, sectionem admittere in principio morbi noluerit, & admonitionem amicam & medicam indignè abundè tulerit (z). (z) vid. hist.

III. Quod si inassueti non ferre possint labores (a); quomodo ferre hi poterunt individuali proprietate adversam venæsectionem in brachio, præfente, jamquè conspicuo in crure erysipelate? & ferre venæsectionem in brachio sine noxa? Ergò ex duobus malis minus eligendum, medium tenere beati: aurea mediocritas, omnia mediocria, omne nimium naturæ inimicum (b). (a) app. (a) 2. aphor. 49. (b) Hipp. 2. aphor. 51.

Conveniebat hæc venæsectio

XI.

ratione fonticuli in pede dextro, qui adhuc fluidior à venâ pedis sectâ reddebatur, & sic in actum deductus admonitusquè magis attrahebat, excipiebat, educebat, & emungebat humorum affluxum, cum majore fœnore.

Con-

Conveniebat hæc Venæsectio

XII.

ratione familiarium hæmorrhoidum, quæ ad-
monebantur atquè sollicitabantur sectâ pedis venâ.

Conveniebat hæc venæsectio

XIII.

ratione Autorum, venas pedum in febribus ma-
lignis secantium.

(c) p. 353:

Zacutus in praxi admiranda (c) in pestiferis & malefi-
centissimis febribus saphenæ sectionem utilissimam
prædicat. Et subdit: infinitos propemodum curavi,
plures sectâ saphenâ evasere, quam illi quibus in initio
morbi scissâ basilica. Nam (pergit Autor) ex illâ parte
celebrata vacuatio plenitudinem levat, distrahit hali-
tus veneficos à corde, & ad distantissimas partes diver-
tit, viscera transpirat, & citra multum virium dispendi-
um morbum levat.

(d) de febr-
bus p. 502.
(e) in tract.
bipartit. de
febr. ma-
lig. & pestil.
(f) in tract.
de febr. ma-
lign. manu-
script.

Sennertus similiter in febribus malignis a pertionem
venarum minorum commodam, multiquè usus esse
scribit (d). Carolus Gallus idem sentit (e). Johannes Pre-
votius Præceptor noster consentit (f). Simon Land-
gravius experientissimus Medicus Lipsiensis quon-
dam, Collega meus piæ memoriæ, & amicus singularis
in concurrentiis practicis, semper præferebat & secare
jubebat pedum venas in malignis febribus, nisi obstaret
contraindicans. Landgravium secuti sunt D.D. Svva-
lenbergerus, Rothius & alij, quondam amici mei & col-
legæ.

Di-

Dicam quod res est; usus semper sum felici successu
 venæsectione in pedibus in febribus malignis. Excipio
 menstrualem & hæmorrhoidalem fluxum nimium, aut
 tumorem pedum œdematosum habentes. Nequè præ-
 ter rem. Siquidem apertio venarum in pedibus longi-
 us à corde ac vasis majoribus revellit humorem noxi-
 um, minusquè virium perdit *(g)*, fitquè minor spiritu-
 um dissolutio *(h)*. Ideò neglectà venæsectione in bra-
 chio Galenus scarificavit crura in febre pestilente, exi-
 stente plenitudine, secundo morbi die *(i)*. Quo auxi-
 lio alij multi (& præcipuè quibus plenitudinis signa ma-
 nifesta erant,) superstites evaserunt. Cujus facti (in-
 quit celebris quidam Medicus) *(k)* hæc est ratio: facta
 enim copiosâ per scarificationem sanguinis vacuatio-
 ne, & simul plenitudo auferebatur, & venenosa materia
 à corde ad longissimas partes revellebatur: ut vel ex
 hoc rectè animadversum esse in superioribus intelligas,
 dum in febribus malignis venas tali secare, vel crura
 scarificare suadebamus, id enim ex hoc colligitur,
 quod existente plenitudine scarificare crura poteris,
 dummodò multam copiam exhaustias. Ne ergò hu-
 mor malignus sursum repat, crura scarificare, aut in ta-
 lo venam secare oportet, ut & simul humorem à corde
 & cerebro revellamus. Quæ evacuatio si fieret ex bra-
 chijs, sine dubio humores malignos per loca cordi vi-
 cina transire faceret, & ipsum cor majore molestia affi-
 ceret; ut ergò hoc vitemus, animadversum est sangui-
 nem ex tali venis mittere, vel crura scarificare, ex qui-
 bus ægri melius habent, humoribus à membris præci-
 puis revulsis. Hæc ille. Cui subscribit Boccangelinus *(l)*.
 Igitur ratio in promptu est, cur Galenus venæsectionem
 in brachio neglexerit.

(g) Reperit in
 disp. de febr.
 malign. thes.
 88.

(h) Prevot.
 loco jam cit.
 Argenter. in
 Gal. art.

med. 311.
(i) l. de præf.
 & l. de cu-
 curbit. &
 scarific. 20.

(k) in animi-
 advers. præ-
 dic. §. 63.

(l) de febr.
 morbisq; ma-
 lignis p. 122.

D

Si

(m) 2. apher.
17. 2. ad
Glaus. 5. 7.

Si itaque crurum scarificatio tales ac tantas vires obtinet, atque 1. phlebotomiæ in brachio vicem supplet, & 2. præsentē plenitudine supplet, etiam 3. secundo morbi die, teste Galeno (m) supplet: Cur non venæsectio in pede quinto morbi die instituta, & præsentē manifesti humorum & vaporum ad cerebrum raptu, attractu & confluxu (quo tempore ideo vena in brachio tutò secari non poterat) supplere potuit vicem venæsectionis in brachio? & supplere majore utilitate?

Denique, si venæsectionem pedum malignâ febre correptis suaserunt Gallus & Prevotius Italis; Boccangelinus & Zacutus Hispanis: annon magis suadenda erit venæ pedis sectio Septentrionalibus, (in quibus minus tutò venæ majores & brachiorum secantur,) ob febris malignitatem, humorum retractionem, clima, seculum, sanguinem crassum & feculentum? ut supra dictum & evictum; præsertim cum ejusmodi venæsectionem Sennertus, Syvalenbergerus, Landgravius, Rothius utilem deprehenderint.

Conveniebat hæc venæsectio.

XIV.

ratione temporis morbi, quinti nimirum diei.

(n) Incurat.
febr. malign. (n)
& pestil. in
genere p.
saz. col. 2.

Quoniam tuta non est venæsectio in brachio post quartum diem præterlapsum, monente Sennerto (n) cujus verba sequuntur: Ubi malum progressum fuerit, ac in rotam massam sanguineam malignitas diffusa, sanguinis missione non solum nullum auxilium naturæ ferimus, sed vires potius debilitamus. Itaque si principium jam præterlapsum sit, tutius intermittitur, quam intempestive instituitur venæsectio. Idem Sennertus

ner-

VENÆSECTIONIS.

19

nertus (o) repetit, dicens: Si opus sit, sanguisquè abun- (o) in cur. et.
det, atquè urina turbida totam massam sanguineam in- febr. petechi-
fectam esse arguat, venæsectio instituat^{al. p. 540. c. 1.}ur ante quar-
tum diem, aut postea omittatur.

Sennertum autem loqui de venæsectione in brachio, *Locorum*
indubitatum est. Cum enim Sennertus in deliriis ma- *Sennerti*
lignarum febrium symptomaticis venæsectionem mul- *conciliatio.*
tò magis necessariam, ac in febribus aliis putridis pro
revulsione commendet ac probet, atquè deliria post
quartum febris diem, & in vigore, circaquè statum fe-
bris malignæ, ut plurimum supervenire ac contingere
soleant: Omninè de venis brachij ante quartum di-
em, de venis verò pedum post quartum diem secandis,
locutus fuit. Quod ipsa revulsio etiam innuit; siquidem
venæsectio in brachio facta, à capite & corde non tam
fructuosè revellit, ut pedis vena in præsentè casu secta.
Quod si de venæsectione pedù locutus fuisset, non insti-
tuendâ post quartum morbi diem, sibi ipsi contrarius fu-
isset Sennertus, dum in deliriis post quartum diem su-
pervenientibus commendavit venæsectionem, pro ma-
jore revulsione instituenda in pedibus. Nequè potuit
Sennertus in deliriis post quartum diem supervenienti-
bus commendare venæsectionem in brachio, ante pro-
hibitam. Imò ipse Sennertus potius præfert venæse-
ctionem pedis venæsectioni brachij, dum scribit: Ad-
huc commodior, multiquè usus est venarum in pedi-
bus apertio (p). Si itaque post quartum diem vena bra- (p) *Lde febr.*
chij non est secanda in febribus malignis, teste Senner- *p. 502.*
to (q); Ergò minus secanda erit vena brachij post quar- (q) *loco jam*
tum diem in febre maligna, quæ conjunctum habet pe- *ck. & p. 149.*
dis dextri erysipelas & senium.

Ex dictis quoquè liquet, Sennertirationem, (quâ dis-

D 2

sua-

suadet post quartum diem venæsectionem) non ita universalem esse, ut excludat venæsectionem in pede. Et omninò ratione febris malignæ per se considerata, citra respectum decubitus humorù ad aliquam partem, sive nobilem sive ignobilem, post quartum diem vena in brachio non est secanda. Verum si casus morbi varietur, & ad partem nobilem ruant humores, revellendi erunt venæsectione. Si verò ad ignobilem ferantur, imperfectè què, tunc ad illam sunt alliciendi, ut vindicentur nobiliores partes, & juvetur naturæ conatus.

Sennerti demum verba, de venæsectione in brachio post quartum diem elapsam omittendâ, Lector seriò perpendat, atq; in præterita tempora respiciat; forsitan non pauca exempla inveniet malignè febricitantium, qui à venâ post quartum diem in brachio secta interierunt. Interroget generationem pristinam, & diligenter investiget patrum memoriam. Interroget observationes ac conscientias, hæ illum docebunt, & indicabunt ipsi: dubio procul aliorum odiosa, lachrymosa & luctuosa peccata (quæ tegit terra) omnibus erunt præcepta.

Conveniebat hæc Venæsectio

XV.

ratione crisis, sive futuræ, sive instantis.

Venæ pedum sectæ quia corpora excessivè non infri-
gidant, nimio refrigerio calorem insitum & influentem Naturæ organa (quorum beneficio natura agit & operatur) non hebetant, ligant, figunt, sopiunt; hinc liberè insurgere possunt, & impetum facere in humorum & symptomatum iliadas ac lernas, atque laudabiles

les efficere crifes. Et quia venæfectio pedis nimio refrigerio humores minus incrassat, minusq; agit ac venæfectio in brachio, his rationib; crisis impediri nequit. Venæfectio in brachio sive in principio morbi fuerit largior, sive quinto morbi die instituta mediocris; tamen ob majoris refrigerij vim crisin facile impedire potest, pari modo ut impensè refrigerantia, quæ ideò in eruptionibus variolarum improbantur, dum fervorem illum, qui in sanguine est, obtundunt, & sic fermentationem atquè expulsionem nocentis materiæ impediunt, ac remorantur materiam incrassando. Atquè venæfectio in brachio dextro post quartum morbi diem instituta in sene malignè febriente crisin eò facilius impedire potest, ob calorem innatum imminutū aliàs; præfertim vero hyeme concurrente, ac vigente simul horrida, in qua humores ut plurimum sunt crassi, impacti, fixi. Nimio enim refrigerio 1. impeditur humorum & causæ morbificæ concoctio (& consequenter crisis) quæ calore naturali opus habet valido; 2. obtunditur calor natus, & à concoctione distrahitur, ut vel nullas, vel malas crifes efficiat, inconcocta existente (ob caloris penuriam & vires debiles) materia; unde qui sanguinis missione febrem jugulare satagunt, potius jugulant ægrum, sicuti Petrus Castellus quodā loco loquitur: puta aperiendo venam in dextro brachio post quartum morbi diem elapsū, siquidem Hippocrates docuit, in principiis morborum si quid videtur movendum move. Igitur minus tutum erit, in morbi vigore venæsectionem in brachio instituere, siquidem in vigore morborum maximè fiunt concoctiones, attestante Galeno in libro de crifibus: propterea Galenus in commento ad aphorismum (si quid movendum videtur in

D 3

prin-

principiis move) manifestè asserit, phlebotomiam in brachio institutam crisin instantem prohibere. Adde, quod ab ejusmodi venæsectione in brachio natura avocetur à pugna morbi, vires minuuntur, spiritus dissipentur, atquè natura negligat sui hostis expulsionem, unde plerumquè destituuntur crisi, quia venæsectione brachii dicto modo institutâ, ægri debilitantur.

Ergò venæsectio post quartum morbi diem in pede instituta, longè tutior erit venæsectione post quartum morbi diem instituta in dextro brachio. Nam cum venæsectio post quartū diem & in vigore febris malignæ in pede instituta 1. minus naturalem calorem plus justo refrigeret; 2. minus humorum & causæ morbificæ coctionem impediatur; 3. minus naturam à concoctione distrahat; 4. minus vires minuat: Crisin instantem nullo modo impediatur.

Conveniebat hæc venæsectio

XVI.

ratione naturalis motus sanguinis.

(r)vid. Anato-
vemin Tract.
propr. **N**AM cum ex Harvei sententia (r) Anatomicis rata firmetur, sanguinem transire per arterias in venas & extremitates, & regredi per venas: annon optimâ ratione in pede erysipelate affecto, vena aperienda potuit?

Conveniebat hæc venæsectio

XVII.

ratione motus sanguinis & humorum symptomatici imperfecti, & deficientis. Morus

Motus erat symptomaticus, imperfectus & deficiens, quia non solum in die minus critico contingebat, sed & symptomata non remittebant, & fiebat iste motus sine ægri levamine. Caterum, cum tamen iste motus maximè ad locum conferentè fieret, certè non impediendus erat, nec retrahendus venæsectione in brachio.

Licet enim talis motus ratione signi apparebat malus, quippe qui significaret peccantes humores non concoqui à natura; tamen ratione causæ poterat dici bonus, aut saltem minus malus: Cum sit minus malum educi & deferri ad ignobiliores, quàm intus retineri, aut deferri ad nobiliores partes. Quia igitur natura benè, sed diminutè operabatur, (benè, quia ad partem ignobilem; diminutè, quia sine ægri conferentia;) adjuvanda omninò, & promovenda erat. Recurre ad primæ rationis numerum secundum.

(s) vid. Salvast. in var. lect. p. 93.

Conveniebat hæc venæsectio.

XVIII.

ratione sanguinis in pede existentis feculentioris, crassiorisque.

Quemadmodum enim mustum duplices feces habet, crassas & subtiles, atque crassas præcipitat deorsum versus vasis fundum; subtiles verò extra vas separat per sublimationem: Ita excrementa sanguinea, quæ finitâ saturatione partium superiorum ad manus deferuntur, sunt subtiliora illis crassioribus quæ ad pedes. Pondere siquidem deorsum vergit feculentior sanguis, atque à natura providâ ac sollicitâ de se confervanda illuc protruditur.

(t) Kozack. in phys. Mosaic. San. p. 309.

Sanguinem crassiore & feculentiore in venis pedum existere ac delitescere, probat & evincit 1. ipsa pedum actualis frigiditas; 2. ossa pedum, horumque durior caro, quæ sanguine crasso pro alimento opus habent ac indigent; 3. venæ varicosæ in multis; 4. frequentiora pedum ulcera phagadænica; 5. sudor pedum majorem foetorem spirans quam partium cæterarum; 6. clavi pedum in multis; 7. sectâ pedis venâ emissus sanguis

(u) vid. plura apud Joh.

Sophronium
Kozack in
physic. Mo-
saic. p. 306.
& seq.

Itaque illa evacuatio melior erit, quâ sanguis & cæteri succi graviore & deorsum magis ruentes promptius evacuantur. Atque evacuantur non modo ut tales, sed etiam ut maligni, ut quæ à sanguinis massa defecati simul.

Quod si sanguis pedum tam purus ac spirituosus esset, ac sanguis in venis majoribus & cordi vicinis, vires pari modo ac in brachii venâ sectâ mox conciderent in apertione venæ pedis. Sed hoc non fit; ideò Galenus

(x) l. sup. cit. (x) crurum scarificatu libras duas sanguinis extraxit, cum juvamento tum alieno, tum proprio, reformidans

(y) l. de cib. venâ sectionem in brachio. Ideò Galenus (y) eos Medicos vituperat, qui in febre putridâ, pestilenti & malignâ in brachio venam secare audebant.

Conveniebat hæc venæ sectio

XIX.

ratione sanguinis venâ sectâ emissi, atque à naturâ ipsius sanguinis multum recedentis.

Quia juxta placitum, & expressam Galeni mentem, sanguis in brachio non est mittendus, quando humores peccantes à natura ipsius sanguinis multum recesserunt.

cesserint (z). Consentit Fernelius (a) docens: Non quo (z) *4. de sa-
nit. tuend.*
impurior sanguis aut crudior, alieniorvè à suâ naturâ *c. 4.*
longius desciverit, eò plus detrahes, vulgarium & ma-
lorum Medicorum more: sed quanto humores citra
ultravè sanguinis naturam longius recesserint, tanto
parcius & cunctantius hauriendū de sanguine, quum-
què longissimè ab ejus formâ abesse deprehendentur,
in totum erit à plebotomiâ abstinendum. *(a) l. m. m. c.
17. pag. mibi
81.*

Consentit Augenius (b) dicens: Hic vulgarium Me- (b) *l. 9. de
dicorum error detegendus est. Putant, quo sanguis
impurior fuerit, & à suâ naturâ magis alienus, eò plus
detrahendum, & in hoc mirificè sibi placent, in vulgus-
què proponunt admodum utilem factam fuisse vacua-
tionem, quod corruptissimum, pessimumquè sang-
uinem vacuaverint. Tu verò, cui in animo est, humano
generi prodesse, & medicinâ inculpatè exercere, con-
tra facies, quantò enim magis sanguinem videbis à pro-
pria naturâ discedere, tantò minorem quantitatem va-
cuabis, & aliquando (nisi copia urgeat cacochymia
permista) à venæsectione prorsus abstineto. Hæc ille.* *missione
sang. s. 24.
295.*

Et cum in cacochymicis sanguis sit impurus ac vi-
tiosus per totum ferè, quomodo talis fructuosè separa-
bitur? præsertim in minore quantitate, quæ in suffici-
enserit. Etenim quo majore quantitate ejusmodi san-
guis exhauritur, eò magis exhaurientur spiritus, & cum
viribus vita. Exemplo sunt hydropici, in quibus ma-
gna feri copia citra spirituum ac virium jacturam non
exhauritur. Similiter empyicorum pus haud confer-
tim tutò extrahitur. Si igitur spiritus insint hydropi-
corum sero, & empyicorum puri, quantò magis ine-
runt impuriori sanguini: Accedit, quod cacochymi-
cos febre malignâ correptos omnes, quibus à medicis

E

vena

vena brachij etiam in principio morbi secta fuerit, periiſſe, & audiverim & viderim: licet curantes dixerint, ſe idè venæſectionem in brachio inſtituiſſe, ne vide-

(c) *Obſervarentur aliquid omiſiſſe (c).* Unde Galenus (d) eos Medizii propria. cos vituperat, qui in febre putridâ, peſtilenti ac maligna in brachio venam ſecare audebant. Nam ſi ſanguis mittatur incisâ brachij venâ, in febre malignâ jam factâ, præſentequè ſanguine corrupto, plus boni ſanguinis ſemper exit, & ita cum exiguus ſit bonus ſanguis, non relinquitur ſubſidium aliquod viribus contra mor-

(e) *Guaribum ſuſtinendis (e).* At in præſente caſu ſanguis à ſuâ naturâ multum reſeſerat. Cochleare enim exceptus infrigidatus & congelatus conſpiciebatur cute cineritiâ obductus, & maculis verſicoloribus notatus, aduſtus, ad baculi contactum ilicò diſſiliens, & malè olens. Proindè magis expediebat ſanguinem infectum atquè malignum à natura ad pedem dextrum detrufum ſectâ venâ evacuarè.

non in conſult. conſult. 141. p. 157. col. 1. & conſult. 158. p. 182 col. 2.

Conveniebat hæc venæſectio

XX.

ratione minoris agitationis humorum.

A venis pedum ſectis non ita agitantur humores, ut in venis brachij ſectis, unde minus agitur malignitas; atquè minus agitata malignitas minus diffunditur per univerſum corpus; unde minor perniciæ expectanda cordi. Etenim cauſa morbi, ex Galeni ſententia (f) cum movetur, nocentior eſt, quàm cum quieſcit. Quo enim magis agitantur ſtercora, eò latius ſeſe ſubſtantiâ & fœtore diffundunt, quâ ratione Thucydides malum agitatam interimere, quieſcens non lædere ſcri-

(f) *de cauſis ſympt. c. 5.*

scripsit (g). Humores agitati à terrore tempore pestis (g) de peste
quid mali inferant, satis notum est. Unde in vasis vina-^{Atheniensis.}
riis, si aliquid impuri aliquo in loco contineatur, statim
ubi vinum extrahitur, magis movetur impuritas.

Conveniebat hæc Venæsectio

XXI.

ratione analogismi in curâ febris malignæ ob-
servandi.

I. IN peste & venenis curandis totum consilium est re-
trahere venenum ad ignobiliores partes, & illud
procul arcere à corde; jam verò febris maligna cum
peste & venenis eandem naturam, conditionem, con-
venientiam & communem quandam actionem, quâ
cor (licet dissimili quodam modo, atquè non nihil im-
pari gradu) oppugnant, habet: Ergò erit simili modo
circa missionem sanguinis tractanda.

II. Cum omninò major sit habenda ratio malignita-
tis, quàm febris & putredinis; ac malignitas in febre
malignâ putredinem & calorem febrilem plerumque
superet; atquè malignitas sola interficiat: meritò mis-
sio sanguinis ex pedum venis magis conducet, quam
missio sanguinis in brachio, minusquè nocebit.

III. Adde, quod non tam sit habenda ratio eryspe-
latis quàm febrilis malignitatis, quinimò magis huius,
quàm. Illius in tantum autem illius, ne retrocedat.

IV. Vnde sunt aliqui, qui in variolis & morbillis ma-
lignis, perpetuò ab infernis partibus mittunt sangui-
nem, ut trahatur materia à supernis ad infernas; quam
praxin non esse omninò contemnendam Epiphanius
Ferdinandus (b) scribit.

(b) *hiffor.* 78.
p 238. col. 1.

E 2

Con-

Conveniebat hæc venæsectio

XXII.

ratione symptomatum capitis: utpotè symptomatum & signorum, quæ primis diebus aderant, soporis quippe, capitis, dorsique doloris & vertiginis. Cum enim hæc symptomata, sicut & urinæ spumosa, urinæ sanorum similes motum & raptum, translationemque humorum ac vaporum ad caput minabantur: omninò pro majore revulsione humorum & vaporum à capite, venæsectione pedis opus erat.

Insuper humorum sarcina deponenda ad crura, sicquæ exoneranda, non retrahenda erat ad superiora, non connivendum erat humoribus & vaporibus motu peccantibus, atque irrudentibus in arcem cerebri.

Conveniebat hæc venæsectio

XXIII.

ratione symptomatum cordis; utpotè languoris, virium prostrationis, inquietudinis, anxietatis à motu & malignitate, etiam fermentatione humorum ac vaporum pendentium omnium, quæ venæ apertionem in pede omninò persuadebant.

Conveniebat hæc venæsectio

XXIV.

ratione subitanearum mutationum, symptomatumque; modò remissionē, modò intensiōem: quibus non erat fidendum, quæque venæsectionem in
bra-

brachio non admittebant, cum præter rationem fie-
bant, nec propterea tuta erant (i); sed fraudem fove- (f) Hipp. 2. 4.
bant, & naturam ad interitum nutantem prænuucia- phor. 27.
bant, viriumquè manifestum lapsum innuebant.

Conveniebat hæc venæsectio

XXV.

ratione tuberculi supra genu pedis dextri ob vij.
Recurre ad primi argumenti numerum tertium.

Conveniebat hæc venæsectio.

XXVI.

ratione Medicorum curantium.

Siquidem penes Medicos nec vis & potestas, nec im-
perium absolutum, nec in manu chirurgi est, sangui-
nem spirituosiorempurioremquè (qui in venis majori-
bus & cordi vicinis ac proximis delitescit) inter fluen-
dum sectæ venæ in brachio compescere, ejusquè egres-
sum cohibere: prævum verò, vitiosum atquè impurum
à puro segregare, & exhaustire impurum solum ad nu-
tum & arbitrium. Et licet nec hoc attentare possint
Medicus & Chirurgus in venâ pedis sectâ; Tamen quia
in venis pedum feculentior sanguis potissimum latitat,
non opus habent, ut ejusmodi periculum, & sanguinis
spirituosi egressum & exitum adeò metuant & refor-
mident. Atquè profectò verisimile est, sanguinem spi-
rituosioremagis contineri in centro corporis ac ve-
nis majoribus, ubi caloris nativi fons & abundantia.

Si sanguis spirituosior esset in exilibus venis & remo-
tioribus partibus, major sanguinis copia citra lipothy-

E 3

miam

miam educi non posset ex venâ pedis sectâ. Ideò 1. Galenus in sectione minorum venarum, virium præsentium & futurarum rationem haberi posse docuit (k); Ideò 2. neglectâ venæsectione in brachio scarificavit crura in febre pestilente, secundo morbi die cum juvamento (l) vid. supra (l); Ideò 3. Galenus scarificationis adminiculo ex propriis cruribus extraxit sanguinis libras duas maximo juvamine (m); Ideò 4. multis febre malignâ & pestilente correptis profuit malleolorum scarificatio larga, attestante Alpino (n). Deniquè numero XVIII. satis demonstratum est, sanguinem existere in pedibus feculentiolem, crassiolemquè. Et quomodo potuisset cum juvamento à Galeno fieri tam larga, atquè ad libras duas accedens sanguinis extractio, si sanguis in minoribus & remotioribus venis esset spirituosior? Nequè etiam Galenus (o) vituperasset eos medicos, qui in febre putridâ, pestilenti & malignâ venam in brachio secuerunt, si in febribus malignis majorem prærogativam haberet venæsectio in brachiis.

Conveniebat hæc venæsectio

XXVII.

ratione præsentis scorbuti.

Cum enim natura consueverit sanguinem scorbuticum ad crura plerumque deponere, ut maculæ conspicuæ innuebant & innuunt: Nonnè consultum erit Medico, velut naturæ benè agentis, benequè operantis ministro, 1. naturæ succurrere venæsectione in pede? Ita sentio omninò, & ideò Ronsæus venam poplitis, aut malleoli aperiendam suasit, ut materia ibi fixa quoquè evacuetur (p). Maximè verò 2. ob spiritus deficientes

in

in scorbuticis venæsectio in pede convenit; & 3. quòd
 larga sanguinis missio ex observatione Wieri & Eugale-
 ni in scorbuticis non conveniat (q): atquè sanguis scor- (q) *vid. Eu-*
 buticus vitiat, & propriâ quâdam malignitate infe- *gal. de scorb.*
 ctus sit. *p. 151.*

Conveniebat hæc venæsectio

XXVIII.

ratione causæ febris malignæ.

Causa non in vulgari humorum putredine consiste-
 bat, sed potius in malignâ quadam & perniciosâ
 qualitate cordi & vitæ insensissimâ, quæ nec missioni
 sanguinis cedere, nequè evacuatione ullâ tolli poterat:
 non secus ac venenum inflictum ictu scorpionis, aut
 morfu canis rabidi, aut etiam à lue venereâ. Quod si
 igitur maligna illa qualitas missioni sanguinis non erat
 cessura; Ergò nequè venæsectioni in brachio cessura
 erat. Quare tutior erat venæsectio pedis, ratione sal-
 tem revulsionis vaporum & humorum à nobilioribus
 partibus.

Conveniebat hæc venæsectio

XXIX.

ratione majoris securitatis, atquè minoris pe-
 riculi pertimescendî ex sectis pedum venis.

Venæ medianæ enim subjacet nervus (r), tendo mu-
 sculi bicipitis (s), & sub mediana vena excurrit arte-
 ria (t); unde in venæ medianæ sectione Fabricius Hilda-
 us diligentiam esse adhibendam suadet. Observatum

(r) Claudin.
 in consil. p.
 123. Gordon.
 in lilio p 715.
 (s) Fabric.
 Hildanus in
 tractat. de
 gangran.
 p. 44.
 (t) Sanctorig
 in method.
 siqui-
 vitandor. er-
 101. p. 72.

(u) Horst. in siquidem, ab incauta sectione venæ medianæ non solum
obs. chir. obs. fuisse inductum aneurisma (u), sed & gangrænam (x), &
 1. Claud. con- spasmus (y). Aneurisma quoque ab incauta venæse-
sul 67. p. 582. ctione medianæ inductum, mihi olim Witebergæ anno
Dodon. in 1620. monstravit in vicinâ aniculâ Sennertus (z). Cum
obs. c. 51. p. 86. supra citatis Autoribus consentit Nancelius, cujus ver-
Fabr. Hild. ba sequuntur. Interest autem, inquit, boni chirurgi,
cent. 3. obs. videre & nosse, non tantum quamnam de his venam
44. p. 202. pertundat, & phlebotomo aperiat: sed etiam quâ cau-
Plater. obs. l. tione id faciat. Namque triplici venæ illi triplex ferè
3 p. 643. subest offendiculum incautis atque improvidis obvi-
Senn. de um, ægris valde periculosum. Siquidem humeralis
morb. exter. sive cephalica, licet reliquarum tutissima sit: attamen
c. propr. in nec ipsa vacat discrimine, si malè tractetur, sed reliquæ
prognost. ambæ multo magis. Nam basilicæ arteria, medianæ
(x) Fabr. nervus subest; atque utrique tendo etiam. Quâ ex
Hild. Cent. occasione fit, ut non rarò vidimus, ut profundius ada-
4. obs. 70. p. cto phlebotomo, aut aneurisma, & continuum sangui-
159. obs. 71 p. nis effluvium de arteriâ, aut convulsio vel membri re-
163. in tract. tractio, resolutio vè, cum dolore & stupore partis, ex
de gangr. vulnerato nervo aut tendine sequeretur. (a)
p. 44.
 (y) Gord. in
libro p. 715.
 (z) Observ.
propr.
 (a) in ava-
log. Microc. exiles non nihil, ut in præsentè casu erant, atque simul
ad mact. l. 8. fuerit acutum instrumentum. Exiles enim venæ ob
p. 1268. primam conformationem tales in corpus plethoricum
 incidere possunt.

Conveniebat denique hæc venæsectio

XXX.

ratione pluralitatis venarum & ramorum in
 pede, atque adeò majoris optionis & selectus.

RECA-



RECAPITULATIO.

Cum itaque in præsentē casu & historia, talis
 ac tanta venæsectio, in quē pede dextro lon-
 gè sub erysipelate (excurrebat enim Erysipelas
 à genu usq; ad medium crus,) propè pollicem quin-
 to febris die, & in progressu morbi, cessante quē
 fluxione instituta, 1. Naturam in opere expulsivo ad-
 juverit, incitaverit, admonuerit; 2. vires præsentēs &
 futuras non minuerit; 3. ægri habitui, 4. plethoræ ca-
 cochymicæ, 5. faciei rubori, 6. epatis, renumquē cali-
 dæ intemperiei, 7. temperamento, calori innato, at-
 tiq; declinantibus, 8. mœroribus prægressis, 9. regioni
 & climati frigidiori præsentī, 10. seculo, 11. anni tempo-
 ri hyemali, 12. insuetudini ægri, 13. fonticulo facto, 14.
 hæmorrhoidibus proportionata fuerit; atquē tam hæ-
 morrhoidum silentium, quàm minus rectè ac imperfe-
 ctè respondentium fluorem stimulaverit; 15. consensui
 Autorum non contradixerit; 16. tempori morbi prima-
 rij responderit; 17. crisin sive instantem, sive futuram
 impedire, eamquē invertere non potuerit; 18. sanguinis
 motui generali consenserit; 19. sanguinis & humorum
 motum symptomaticum imperfectum suppleverit; 20.
 sanguinem feculentiozem, crassiozemquē eduxerit; 21.
 sanguinem scorbuticum in quantitate aliqua simul ex-
 haurire potuerit; 22. sanguini à naturâ multū receden-
 ti non obfuerit; 23. humores minus agitaverit; 24. ana-
 F

logis-

Iogisum in curâ febris malignæ observaverit; 25. symptomatibus præsentibus capitis, & 26. symptomatibus cordis, 27. subitaneisque mutationibus (quantum possibile) convenerit; 28. tuberculi eruptionem magis promoverit, ejus & humorum recursum impediverit; 29. humores malignos, simulque ascendentes vapores à partibus nobilibus ad ignobiles removerit; 30. atque omnis evacuatio in malignis morbis à centro & epate trahens convenientissima in plethoricis etiam sit; 31. præterea causam febris malignæ respexerit; 32. Medicos curantes excusaverit; 33. venarum securitatem, & 34. simul selectionem promiserit; denique 35. nullam veram, justam, firmam & stabilem oppositionem ac contradictionem habuerit: merito in tanto luminum & splendorum concursu ac aspectu, in tantâ veritatis luce, atque in ipso fidem faciente sensu acquiesco, nec plures rationesnecto.

(b) Fontan. Crescat ergò veritas, imò vivat, & vincat propriis in floril. med. suis viribus nixa (b).

p. 24.



CONCLUSIO.

EX quibus omnibus clarissime patet, nec venæsectionem in pede supra dicto modo institutam, nec venæsectionem in brachio dextro omissam, causam mortis ægri fuisse; sed solam morbi malignitatem.

Non venæsectio in pede instituta mortis ægri causa fuit; quia apprimè conveniebat, dicentibus rationibus, Non

Non venæsectio in brachio dextro omiſſa mortis ægri cauſa fuit; quia nulla dari poteſt ratio, nullus modus, nullum exemplum; præſertim morbi die quinto jam præterlapſo, præſentequè eryſipelate, venæſectionem in brachio contra indicante.

Quod ſi venæſectio omiſſa in brachio cauſa mortis ægri fuit; ægro hoc imputandum eſſet, quòd Medico curanti minus fuerit obſequens: quòd admonitus venæſectionem in brachio moderatam primis diebus, ante eruptionem eryſipelatis & tuberculi, noluerit admittere. Et ſi enim in principio morbi aliquoties ante eruptionem eryſipelatis & tuberculi ſeriò urgebat Medicus venæſectionem in brachio, idquè iteratis inſtantiis; noluit tamen, & reclamavit patiens, atquè ſtrenuè, maſculèquè reſpondit: quòd i. venæſectione nunquam fuerat uſus toto vitæ tempore, atquè venæſectionem diſtulit de die in diem, dicens: Ich kenne meine Natur am beſten / es wird wol beſſer werden / wil es mit der aderlaß noch anſehen / ich bin wol eher ſo franck geſeſen / und habe keine Ader geſaſſen: quòd 2. clam admonitus & perterritus erat ab Aulico (ut ipſe æger mihi reſcribit) ne venæſectionem admitteret, conjunctam cum vitæ periculo. Ergò patiens ſibi imputet, quòd i. Medico credere noluerit, nequè obtemperare: quòd 2. plus credere voluerit, majoremquè fidem adhibere Aulico, quàm Medico.

Periit itaque patiens, nequè ob venæſectionem in pede inſtitutam, nequè ob venæſectionem in brachio dextro omiſſam: ſed ob febrilem malignitatem, præpollentem, ſuperantem naturam, & ſuffocantem vires, prout omnes circumſtantiæ luculenter atteſtantur uno ore, unâque fide.

Morbum hunc fuisse absolute lethalem, docent omnes circumstantiæ.

I. Enim morbus non erat cognatus ætati, habitui & tempori; ideò æger magis periclitabatur, ju-

(c) 2. aphor. xta claram mentem Hippocratis (c).

34. 7. aph. 85. Non erat cognatus ætati patientis; qui senex, & ideò difficiliter poterat curari, siquidem senes autore

(d) 1. aph. 14. Hippocrate (d), non tam facile in febres acutas incidunt, difficiliterque ab iisdem, utpote minimè congruentibus ætati, curantur & restituntur. Et autore Ga-

(e) 1. aph. 14. leno (e) si contingat, quòd tamen raro accidit, ut senex ardente febre corripiatur, id lethale est. Si igitur senex febre acutâ correptus difficiliter curatur; siquè ardente febre correptus lethaliter decumbit: multò magis febris maligna lethalis morbus in sene erit.

Duplici autem ratione febris maligna in sene

lethalis morbus est, atquè non tam 1. ob calidi innati

declinationem & debilitatem, quàm 2. calidi innati adhuc majorem à febre malignâ corruptionem, consumptionemquè. Siquidem calidum innatum in senibus

paucum est (f). Siquidem in febre malignâ potius spiritus, sive calidum innatum corrumpitur, quam substantia partium (g). Unde cum ob calidi innati debi-

lilitatem, senes non possint resistere febrili malignitati, atquè febrilis malignitas calidum innatum aliàs deficiens in senibus magis adhuc depascat; senes malignè

febrientes, absolute necessitate, mori coguntur. Quod certum & indubitatum est. Quantum calidi innati robur in hoc morbo superando valeat, is novit, qui penitius contemplatus fuerit illud Hippocratis (h): naturæ

medicatrix morborum. Con-

valere.

(f) Hipp. 1. aph. 14.

(g) Riolan. in anatop. l. 1. p. 83.

(h) 6. Epid. §. 1. de Gal. 3. de cris. & l. ad Thrasib. Cic. Tusc. quest. 3. Ad corporum sanationem multum ipsa corpora & naturam

valere.

valere.

valere.

valere.

valere.

valere.

Concesso, unum senem, qualem & ipse memini, ex hâc febre evasisse, (excipio hîc febrem malignam cum erysipelate cruris complicatam, quæ majorem adhuc malignitatis gradum exhibet & confert,) rarum tamen exemplum, idq; unum non est artis. Monstrum artis regulâ caret. Evasisse, sed quam diu vixit?

Patientem fuisse senem, nemo negabit, qui novit, eum non solum attigisse, sed etiam longè superasse annum ætatis quinquagesimum. Quinquagenarios senes esse, Galenus dixit, cujus verba: Senes quinquagenarios summâ cum præmeditatione phlebotomare audebis ⁽ⁱ⁾. Si igitur senes quinquagenarii cum summâ præmeditatione phlebotomandi erant Galeni tempore: Ergò nostro seculo magis cum summâ præmeditatione phlebotomandi senes tales erunt; atquè eò magis senes supra quinquagenarii, qualis nonster patiens erat, qui annum ætatis quinquagesimum sextum compleverat. Ex Galeni dicto etiam apparet, Galenum non solum explicitè quinquagenarios appellasse senes, sed etiam implicitè, dum dicit cum præmeditatione.

Non erat cognatus habitui patientis; qui obesus, & ideò magis periclitabatur ob poros angustos, & hinc inde minorem transpirationem, adeòque majorem & accrescentem putredinem ac malignitatem.

Non erat cognatus tempori. Morbus erat acutus, malignus & febrilis; tempus autem tunc præsens hyemale. Ergò invicem contrariabantur, & curatio hyeme difficilior erat. Non solum enim hyems frigore suo dissipationi humorum epugnat, humores in-
crassando & figendo, sed etiam crisin impedit & diffi-

(k) *Tetrab.*
2. *serm.* 1. c.
78.
(l) *l. 4. de*
med. princ.
hist. p. 3471.
(m) *1. part.*
prob. 28.

liorem reddit, dum poros & meatus cutis constipat & constringit. Unde Aëtius (k) rectè scripsit: Si aliquando contigerit, ut frigidus existente ambiente, æger fortiter à febre exerceatur, modicam salutis spem de ipso habere oportet. Cui subscripsit Zacutus (l): Febris ardens vigente brumâ, citra coctionem, & viribus infirmis, lethalis. Consentit Aristoteles (m) dicens: perniciosius est ægrotare hyeme.

Quòd si igitur ex jam dictis, 1. perniciosius est ægrotare hyeme; 2. febris ardens, vigente brumâ citra coctionem, & viribus infirmis præsentibus, lethalis est; atque 3. in ægro hyeme fortiter febriente modica salutis spes superest: Omnino perniciosus erit, senem ægrotare in hyeme; atque adhuc magis perniciosum erit, senem laborare febre malignâ in hyeme; atque multò adhuc magis perniciosum erit, senem laborare febre malignâ in hyeme, cum erysipelate in crure; cumque manifestâ corruptione sanguinis & humorum.

2. Morbus erat magnus, 1. ratione propriæ essentia; 2. ratione partis principis ac præstantis, adeoque facultatis vitalis primario, secundo animalis; 3. ratione mali moris, & malignitatis; 4. ratione imbecillitatis, virtutis & senij; 5. ratione subitanæ, & post septimum morbi diem jam jam elapsam, infecutæ mortis, quam febris sola continua & acuta malignitate carens vix ac ne vix quidem tam citò inferre potuisset. Neque etiam inferre potuisset cum tot & tantis perniciosis symptomatibus.

Febris igitur maligna in sene magnus morbus est, & adhuc major, si eum vel comitetur, vel cum eo completur alius, ut in præsentè casu erysipelas.

3. Sym-

3. Symptomata mox in morbi principio aderant suspecta, quæ postea accrescebant.

Erant infida, instabilia, remittebant & recurrebant, ideò his, quæ non ex ratione levabant, non erat fidentum⁽ⁿ⁾. Quamquam enim symptomata videbantur⁽ⁿ⁾ Hipp. 2. per breviam & interrupta spatia remissa, in rei tamen veritate non ita erat, non erant remissa. Videbantur quidem remissa, sed recurrebant & redibant cum maiore violentiâ, & ferociâ: atque ista apparenter varians allevatio, & allevans variatio nec tuta, nec fida erat, quia ex ratione non proficiscebatur. Et quia ista apparens allevatio ex ratione, & causâ non proficiscebatur, ideò pessima erat.

Aderant præterea symptomata terrificæ & pleuraque funesta, qualia sopores cum lassitudine, delirium cum permutatione in pejus, cum virium fixâ exsolutione; urina & pulsus variabiles, somnus laborem faciens, ore quæ aperto, manuum tremores convulsivi, narium & hæmorrhoidum stillæ, pedis dextri rubores, oris siccitas, æstus faucium, deglutendi difficultas, facies mutata, vox rauca, inquietudo, virium prostratio, dolores capitis, &c. Recurre ad Hippocratem^(o). Recurre quoque ad solutionum lethalium varia in febribus malignis ab autoribus annotata exempla, quæ nunc non potest capere hæc charta. Per atramentum quoque & calamum scribere nolui ista, & repetere prolixè, cum extent in meis medicis adhuc pressis primitiis. Et omninò lethale est, acutum morbum alteri acuto supervenire. Si enim symptomata modò enumerata in aliis morbis seorsim apparentia suspecta & mala sunt: Cur non in febre 1. continua, acuta & maligna? 2. conjunctim

^(o) in Coas.
prorrhæ. &
alibi passim.

tim apparentia; & 3. permanentia; 4. in patiente senes;
5. in climate frigidiore; 6. laborante hyeme, eaque hor-
rida; atque 7. venæsectionem non admittente in prin-
cipio morbi; 8. nec credente se valde ægrotare: ma-
la & funesta erunt? Accedebat, quod nulla morbi in-
termittio & remittio perfecta erat, ac nullum ab erysipela-
tis efflorescentia, nullum ab eruptione tuberculi leva-
men fiebat: sed major virium imbecillitas, omniaque
in pejus mutabantur, & retrò sublapfa referebantur.

4. Humores peccabant substantiâ, quantitate,
qualitate, motu.

Substantiâ peccabant; Quia massa sanguinis erat
infecta, quemadmodum inspectus sanguis venâ sectâ e-
missus (p) comprobavit, & prædixit in morbi princi-
pio urina turbida (q), rubra, biliosa, spumosa, posteaque
confirmavit tertio die morbi mutata urina in sanorum
similem, cum reliquis indiciis. Imò etiam si sanguis ad
conspectum talis non fuisset; tamen in omni febre ma-
lignâ sanguis occulto modo infectus est, secundum ma-
lignitatis gradum, quem innunt ipsa symptomata ob
magnitudinem, multitudinem atque celeritatem, imò
& mutationem celerem suspecta. Nam si in morbillis,
variolis & petechialibus febribus infecta est sanguinis
massa: cur non in febre maligna, quam erysipelas co-
mitatur, vitiata & infecta erit massa sanguinis? Atque
ideò dicitur febris maligna, quòd malignitatem indu-
cat toti corpori, ideoque massæ sanguinis. Hinc pro
majore malignitatis gradu, maximè in sene inducit
mortem.

Quantitate peccabant; quia immoderatè audiv-
erant humores ab erroribus prægressis diætericis. Atque
quan-

(p) recurre
ad arg. 19.
(q) recurre
ad arg. 14.
& historie
morbi ap-
pendicem.

quantitatem arguebant morbi prægressi, innuebant temperamentum ægri mutatum sanguineo-phlegmaticum.

Qualitate peccabant; quia fervidi & maligni erant humores, turgebantquè.

Motu peccabant; quia humores confluebant partim ad pedem dextrum, atquè inducebant tuberculum, erysipelas & rubores; partim ad caput, idquè pecebant, quemadmodum indicabant sopores, inquietæ noctes, in somno labores, urina spumosa & sanorum similis, delirium &c.

5. Ipse æger non credebatur se valde ægrotare in morbo tam maligno, ideò dicebat: Ich fenne meine Natur am besten/es wird wol besser werden/ ich bin wol ehe so frantz gewesen/etc. Non autem credere se valde ægrotare in morbo tam maligno & complicato indicabat instrumenta esse victa, & imprimis animalem facultatem (r); Ideò venæsectionem neglexit propositam, mirum ob victa etiam facultatis animalis instrumenta, quod confirmabant sopores, mox in principio morbi præsentis, & postea accrescentes cum sociis deliriis.

(r) Sancto-
rius in ma-
nuscripto de
signis mortis
longo usu
collectis.

6. Juvantia non juvabant; Ergò morbi vis, potentia & vehementia naturam eludebant, & superabant medicamenta.

Proinde causa, culpaquè mortis in morbi malignitatem ac gravitatem recidit.

Ex his omnibus concludendum, morbum fuisse malignum & lethalem absolutè. Nisi enim talis fuisset; æger vel omnino servatus fuisset cum venæsectione in pede institutâ, perinde ac vetula febre synocha.

G

cha

(s) vid. loc.
Plateri su-
praalleg.

cha cum erysipelate cruris laborans, quæ convaluit ve-
nâ in affecto crure sponte aperta (s): vel non tam citò
fuisset mortuus.

(r) Rami.
(u) Johan.
Baptista
Montan in
method.
med. univerf.
p. 154.

Nemo itaque venæsectionem in pede dextro longè
sub erysipelatis loco, propèquè pedis pollicem insticu-
tam, in posterum accusare, nequè lethalis erroris com-
missi, nequè homicidij insimulare curantes poterit ve-
rè; nisi aut caruerit altera parte Petri (r), hoc est judi-
cio, aut habuerit caput plenum butyro, ut Petrus Pom-
ponatius loquitur, irridens ingenio carentes (u).

PERORATIO & protestatio ad LECTOREM.

(x) Cormm. Confido, LECTOR amice, Te satis intellexisse,
consil. 134. Constituti mei intentionem nullam esse & fuisse
vol. 35. aliam, quam veritatis, & venæsectionis methodicè
(y) Bald. l. i. institutæ legitimam defensionem.

Defensio in omni jure licita est (x), maximè in
col. 1. c. ut in honoris causa velut summaria (y); unde qui suos hono-
poss. legat. res persequitur, nemini facit injuriam (z), siquidem a-
(z) l. quod git de damno evitando: de damno autem evitando a-
Reip. 33. l. in gentis, potiores sunt partes (a).

Et cur me non defendam armis adæquatis,
dolo facit l. nullus ss. l. hoc est literis & libris (quæ arma Doctorum sunt, ut ex
155 §. 1. ff. de his eligere possint veriora (b)) existimationem propri-
reg. jur. Hon- am, cujus rationem Medicum habere debere (c), & do-
cedo. consil. 107. num. 45. ctrinam suam ad veritatis lucem repurgare, proq; glo-
C seq. vol. 1. riâ

(a) l. Si minor in fin. ff. admin. tut. (b) Benius de privil. f. C. p. 46. (c) Hipp. l. prænот.

riâ decertare (d) iussit, ac non solum verbo, sed etiam o-
 pere tueri voluit (e), Hippocrates? cur non spiritu & ca-
 lamo; si honores defendere liceat armatâ manu æquè?
 (f) si cuilibet permessa defensio (g)? offensionem debetur
 defensio, ut interrogationi responsio; velut potus siti,
 cibis fami. Debetur respectus honori, defensio licita
 est Doctori (h), ut legitimum remedium pro defensione
 juris sui (i).

Si nactus fuisset patientem in morbi princi-
 pio ante quartum diem, antequè eruptionem e-
 rypselatis consentientem, venæsectionem in
 brachio dextro instituissem, sed paulò parciorè,
 non autem nimiam & largam valde, nequè indiscri-
 minatim, quam suis Autoribus, cæterisque largâ ve-
 næsectione gaudentibus, ultrò citròq; largior & relin-
 quo: Sed quia non nisi in progressu, & quinto die
 morbi, præsentem què erysipelate, tandem post festû,
 Patientem consentientem habuimus, posthabitâ
 brachij venâ, venam in pede, longè sub erysipela-
 te aperire debuimus, rationibus id iubentibus. Ver-
 sabatur enim æger in vitæ periculo, non ob inflamma-
 tionem pedis, sed ob malignam febrem, quæ etiam tan-
 dem ægrum jugulavit. Itaque febris malignæ ut urgen-
 tioris major habenda erat ratio & curatio. Quod si
 præsentem erysipelate & tuberculo venæsectionem in
 brachio dextro instituissemus, omninò retraxissemus
 humores ad cor & sedem primario affectam, atquè tra-
 xissemus per membrum nobile; quod Galenus & Hip-
 pocrates improbarunt, ideò dicunt (k): cum dolor in

(d) l. de de-
 cent. habit.
 (e) l. de lege.
 (f) Bald. l.
 observ. S. an-
 requâ circa
 finem ff. in
 offic. procon-
 sul. Petrus
 Gerhard.
 singularium
 33. n. 3. Cas-
 sarius in cat.
 glor. mund.
 p. 1. S. 2. con-
 siderat. Syl-
 vest. Aldo-
 brand. S. ini-
 micitia n. 33.
 instit. de ex-
 cus. tur. Fa-
 son. l. Si non
 sortem n. 23.
 ff. de condic-
 indebit.
 (g) l. 1. S. cum
 arietes ff. si
 quod paup.
 fer. dic.
 (h) l. fin. c. de
 injur.
 (i) Et qui-
 dem actio
 injur. ex l.
 diffamar.
 (k) 2. de vi-
 ctus ratione

G a

pleu-
 tus ratione

pleuritide tendit ad hypochondria, non mittendum sanguinem esse in brachio. Ea enim inflammatio est in costis inferioribus: Costæ autem inferiores nutriuntur à vena adnata ventriculo. Ideoque si tunc venam in brachio secaremus, sanguinem perepar & cor traheremus: quod non est faciendum. Sic pede dextro affecto, si ex basilica dextri brachij mittimus, primò perepar, deinde dextrum cordis ventriculum revellimus; & quidem sursum, cum majori periculo: deorsum autem cum minori, ac potius nullo, prout gravissimus Autor his ipsis verbis me & monuit & docuit. Præterea cætera contraindicantium momenta. Adde, quòd vena pedis secta in malignis febribus magis quàm vena brachij revellat; siquidem major sanguinis copia hæret in intermediis pedum & cordis venis, cum fons sanguinis epar hic situs sit, quam brachij & cordis.

Proinde in hoc casu major ratio habenda erat febris malignæ & totius, sicut & humorum & vaporum caput petentium, atque adaugentium soporem & delirium. Minor verò habenda ratio erat pedis & erysipelatis, maximè principio morbi præterlapsa, & fluxione cessante, & fluxione imperfectè factâ, & factâ ad partem ignobilem. Et omninò nobiliores & vitales partes vindicandi, & humores maligni revellendi ab ipsis erant, licet cum quâdam apparente, eâquè levi cruris dextri molestiâ, adjuvandum nimirum erat naturæ ad locum maximè conferentem conatus.

Atquè, pedem dextrum, locum fuisse venæ sectionis congruum in præsentī casu, non solū monstravit

stravit ipsum erysipelas, sed & Hippocratis doctrina & Plateri observatio. Revulsio itaque, quâ natura adjuncta fuit in opere expulsionis, non tam respicit ipsum erysipelas, quam morbum primum, seu febrem malignam, licet secundum majus & minus respectivè.

Venæsectionem autem in pede non ideò probo, ac si omnem, & imprimis moderatam in brachio venæsectionem, atque in febrium malignarum principio, circumstantiis & indicationibus jubentibus, instituendam absolutè ac planè damnem & rejiciam: sed ut 1. innotescat venæsectionis pedis in febribus malignis utilitas illis quoque, qui hactenus illam neglexerunt in praxi, in quâ video eam in curando ab aliis in febribus malignis observari. Ut 2. viderent doctiores Doctores, quibus intentionibus mox in principio venæsectionem moderatam in brachio proposuerim & suaserim. Utque 3. dicta argumenta à me proposita 1. stabilirent, confirmarent, ac commendarent venæsectionem juxta pedis pollicem institutam post elapsam morbi principium, præsentem erysipelate, fluxione in pedem cessante, & accrescente malignâ febre, hujusque symptomatibus. 2. Ut dubiam redderent, rejicerent, & expugnarent largam imprimis in brachio venæsectionem. 3. Ut credenda credentibus proponerent, eosque non in dubiâ, sed unicuique pro scientiâ & conscientiâ militante fide & agendi libertate relinquerent.

Harveo & Helmontio in tantum subscribo, ut nolim eorum opinionum in totum esse defensor; ideò Hippocratis, Galeni & antiquorum placita & do-

gmata adjunxi, ut adversarius, si quis futurus adhuc esset, magis crederet veritati; non opinioni, imaginationi & persuasioni perversæ ac propriæ.

Rationum momenta & argumenta proposui juxta historiæ membra, ne rerum naturalium, non naturalium ac præternaturalium seriem ac ordinem confunderem; qui ordo venæsectionis in pede institutæ considerandi modum variat, & diversum nunc curationis, nunc præservationis respectum habet; Atque respectum habet modò morbi, modò causæ, modo symptomatum, modò naturæ, virium, habitus, ætatis, & circumstantiarum omnium, juxta vim, vigorem ac rigorem indicantium.

Volo veritatem: quam nullus eloquentiæ impetus disperdere, nec ullus verborum fluctus submergere

(l) Faber in potest; potest quidem eam obscurare, at nunquam ejus
pallad. spag. lumen penitus extinguere, quin tandem disruptis illis
p 363. nubibus, ac dispersis, lumen effundat. clarum (l).


(m) Sibenius Volo veritatem: hanc qui colit, vel cum sacco di-
in dedicatio- ves; qui odit, etiam in purpura pauper est (m), & miser,
ne opusc. Ni- & cæcus, & nudus (n).
renbergij de

vitæ divinæ. Volo veritatem: hanc qui tenet, aut Apollo ma-
gnus, aut cœlo (veræ patriæ) proximus erit.

(n) Apocal
4. v. 17.

Vale Lector amice, & memorare: adversæ fortunæ farcinam hanc ultimam esse, ut ij, quibus crimen aliquod affingitur, meruisse credantur.


Vincenti corona.







Ecclesiast. c. 19. v. 16.

Non omni verbo credas, sæ-
pè enim fit calumnia.

















the scale towards document

ENÆSECTIONIS.

45

pelas, sed & Hippocratis doctrina &
Revulsio itaque, quâ natura adju-
pulsione, non tam respicit ipsum ery-
thrum primarium, seu febrem mali-
dum majus & minus respectivè.

em autem in pede non ideò pro-
, & imprimis moderatam in bra-
nem, atquè in febrium maligna-
circumstantiis & indicationibus
tituendam absolutè ac planè da-
m: sed ut 1. innotescat venæsectionis
malignis utilitas illis quoquè, qui ha-
xerunt in praxi, in quâ video eam in
n febribus malignis observari. Ut 2.
es Doctores, quibus intentionibus
venæsectionem moderatam in bra-
& suaferim. Utquè 3. dicta argu-
posita 1. stabilirent, confirmarent, ac
venæsectionem juxta pedis pollicem
apsum morbi principium, præsentè
ne in pedem cessante, & accrescente
jusquè symptomatibus. 2. Ut dubi-
cerent, & expugnarent largam in-
venæsectionem. 3. Ut credenda cre-
rent, eosquè non in dubiâ, sed uni-
â & conscientiâ militante fide & a-
inquerent.

elmontio in tantum subscribo,
pinionum in totum esse defensor; i-
Galeni & antiquorum placita & do-

G 3

gma-